

124^r ad puledros. nam ad sensum & odoratum puledrorum melius hominibus in reditu noscunt uias & in hunc modum intrant tartari cum iumentis puledros extra reli[n]quendo. et depredantur omnia que inueniunt. et cum tartari depredati fuerint. eque redeunt ad e[a]rum puledros & optime noscunt uiam. Iste quidem gentes habent magnam quantitatem pellum. nam habent cibellinos quorum pelles *hic inueniuntur peles* sunt tam magni ualoris ut superius audiuitis habent & erminos erculinos/ uaros *magni valoris* & uulpes nigras & de multis alijs caris pelibus & sunt omnes uenatores qui congregant tot de istis pelibus quod mirabile est. & illi qui confiniant in claritate cum eis./ emunt de ipsis quia isti permanentes in obscuritate portant eis ad claritatem & eis uendunt de quibus isti qui eas emunt secuntur magnum profectum & lucrum. Et iste gentes sunt ualde magne. & bene facte de omnibus membris suis set pallide sunt nullum habentes colorem. Magna quidem rusia habet suos confines cum ista prouincia set ad presens pretermitentes de ipsa narabimus de dominis tartarorum de ponente./ *hic naratur de dominis de ponente/*

Primus dominus tartarorum de ponente fuit Sain qui fuit rex ualde excelssus & potens Iste quidem rex sayn suo dominio subiugauit .cumaniam. alani. lac. mengiar cic. gutiam gaçariam. & partem rusie & prius quam ipsas suo dominio subiugasset. omnes subditi erant cumanis set non bene simul erant unanimes & concordes/ quare eorum terras amiserunt & expulsi fuerunt 124^v per uniuersum mundum. & illi qui non fugerunt. & ibi adhuc permanent sunt omnes in seruitute istius regis sayn. Et post regem sayn rex patu regnauit/ post patu regnauit rex bercha. post bercha regnauit rex monguthemur. post monguthemur regnauit rex totamongu. post totammogu regnauit rex Toctay qui nunc regnat. Nunc de regibus tartarorum de ponente diximus. & post hoc quoddam magnum & crudele belum narabimus quod fuit inter vlau dominum de leuante. & bercha dominum de ponente. & causam etiam narabimus propter quam prelum fuit ortum/ *hic naratur qualiter guera exorta fuit inter vlau & bercha. & prelia que inter ipsos fuerunt :*

Accidit itaque quod inter vlau dominum tartarorum [de] leuante. & bercha regem tartarorum de ponente exorta fuit quedam discordia propter qua[m]dam prouinciam quam uterque uolebat. et neuter alteri consentire uolebat quia uterque se credebat ius rectum et bonum habere. dixitque se ire ad ipsam prouinciam capiendum. & cum unus alium defidass[e]t uterque fecit congregare suas gentes. & magna munimina fecerunt. nam uterque conabatur ultra posse/ ad negotium obtainendum. Et cum se inuicem defidassent/ antequam essent sex menses elapsi/ uterque ipsorum congregauit bene circa trecenta milia equitum bene munitorum de omnibus rebus ad exercitum pertinentibus secundum eorum